



Universitätsbibliothek Paderborn

**Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm
Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...**

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis comprehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronogiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

SS. Plutarchi, Sereni, Heraclidis Episc.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](#)

Constantinopoli vnum omnium celeberrimum conflagrabat restinctum fuisse: cum vir sanctus à viris quibusdam per rectam discurrere visus, sit flammasque manu submonere: ita ut cunctis stupentibus domus sacra prouersus illæsa maneret. Fuit autem non solum in vita pauperibus & calamitosis beneficus, sed multo etiam magis post mortem: cum multis varijs ægritudinibus detentos & spe vite destitutos sanauit & plurimis secundum quietem apparens in rebus deploratis opem tulit.

MARTYRIVM SS. PLVTARCHI, SERENI, HERACLIDI, HERAIS, ITEM ALTERIUS SERENI, PANTANIENSE, &c. Ex historia Ecclesiastica Eusebii Casarensi, lib. 6. cap. 4.

28. Junij.
Discipuli
Origenis.

Plutarchus.

Serenus.

CVM plurimi Origenis discipuli eius sedulitate fidem & certam in verbo Dei persuasinem interiore metris sue recessu ingenuè sincereque haussissent, in illo persecutionis tempore præclarè se admodum & constanter gesserunt: unde nonnulli eorum capiti, beato martyrio finem vivendi gloriose fecerunt. Ex quorum numero pri-

mus erat Plutarchus, quo ad mortem abducto, parum aberat, quin Origines, dum illi in extremo iam vice sue exitu adesset, à Plutarchi ciuib. (quippe causam mortis Plutarchi in eum transferebant) iam denud interfectus fuisset. Cæterum perspicax Dei prouidentia illum etiam eo tempore è periculo eripuit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis martyr fuit Serenus; cuius in Christum

fides,

fides, quam animo imbibera^t, ignis incendio fatis
exploratè probata fuit. Heraclides tertius martyr ^{Heraclides}
& quartus Herois eadē schola profecti, quorumq; ^{Herois.}
vterq; prior dum adhuc catechuminus erat poste-
rior ante nuper iā baptizatus securi percussus fuit.
Prætereà ex eodē ludo alius à primo Serenus quin- ^{Serenus al-}
tus Athleta, pro pietatis defensione quam suscep-
rat pleno ore laudatur: cui post ingentem tormentorum
persecutionem fama est caput ceruicibus ab-
scissum esse.

Ex mulierum numero, quæ erant eius disciplina
instituta, Rhais adhuc cathecumena baptismum ^{Rhais fœ-}
per ignem consecuta excessit è vita. Septimus in- ^{mīa.}
ter illos numeratur Basiliades, qui Potamœnam ^{Basiliades.}
multorum commendatione insignem, ad supplici- ^{Potamœ-}
um deduxit, de qua frequens & celebris sermo a- ^{nū.}
pud ciues suos iam habetur, ut potè quæ cùm infinita
propè pugnas pro corpori pudicitia & virginitate,
qua præ cæteris excellebat, contra insanos amatorum suorum impetus (in ea enim præter animi virtutes, eximia prætereà & integra corporis pulchritudo cum venustate elucebat) constanter sustinuit: tum multiplices & graues æ-
rumnas pro fidè in Christum exhausti, ad extremum post tormenta acerba dictaque horrenda vna
cum matre Marcella, ignis incendijs absumpta mor ^{Marcella.}
tem oppetit. Ferunt quidem Aquilam (hoc enim Iudicis nomen fuit) postquam graues vniuerso il-
lius corporis plagas infixisset tandem ad corporis, ignominiam & contumeliam libidinosissimis gladiatoriis illam se traditurum interminatum: il-
lam autem paulisper intra se meditata, cùm rogaretur quid sentiret eiusmodi responsum deditse,

Nnn 4 vnde

936 MARTYR. SS. PLUTARCHI, SERENI, &c
vnde visa est illis aliquid impietatis (sic enim puta-
batur) manifestò elocuta. Atque euestigio post de-
finitiūam de ea tam sententiam, Basilius vñus ex

Clementia
Basilidis in
Potamico-
nam.

satellitibus eam acceptam ad locum supplicij d-
duxit. Similatque autem multitudo ei molestiam
facessere & verborum petulantia insectari cona-
tur, hinc eos, qui contumeliam ei faciebant, repul-
sos coercuit, & maximam clementiam summag-
humanitatem in eam declarauit. Illa verò homi-
nem pro illius erga se commiseratione vehemen-
ter amplexata, bono animo esse hortatur, nam ait
se, simul ac abiret è vita, à Domino suo veniam &
gratiā pro eo efflagitarum, & non diu pōst eius
in se merita iusta remuneratione compensaturam.
Hæc cùm dixisset, pice seruenti per varia & diuer-
sa corporis membra ab iniis pedibus ad capitis ver-
ticem sensim ac pedentium diffusa, generoso &
excelso animo migravit è vita. Tale certamen ab
hac per celebri & gloria virgine confectum
fuit.

Basilidis
martyrium.

Non longo temporis interuallo interposito, Ba-
silides, cùm satellites socij sui certa de causa
iustificandum ab ipso exigenter, astutioriter af-
firmat, omnino sibi non licere iurare: Christia-
num enim se esse, & hoc se propalam fateri. At
illi primò eum etiamnum iocari putabant. Verum
vbi illud constanter afferit, abducitur ad Indi-
cem, & coram illo in intentionem confessus in vincu-
la coniicitur. Cum fratres in Domino ad eum aduen-
tarent causamque repentinae & admirabilis huius
mutationis sciscitarentur, fertur respondisse: Pot-
amicenam triduò pōst martyrium noctu ei assisten-
tem, coronā ipſi capitū imposuisse, dixisseq; se pro
eogra-

eo gratiam à Domino postulasse, postulatam obtinuisse: & Dominum non longo tempore post eum ad suam gloriam recepturum. Post illa, ubi fratres sigillum in Domino ei impetruerant, postero die securi percussus, præclara martyrij corona donatus est. Alij item cōplures Alexandriæ ijsdem temporibus, vt potè quibus Potamœda secundum quietem apparuerint, eosq; fuisset impensè ad Dei verbum amplexādum cohortata, frequentes ad fidem Christi accessisse commemorantur.

ACTA SS. APOSTOLORVM PETRI ET PAULI, per Egesippum scripta lib. 3. de excidio Hierosolymitano Cap. 2. Omittimus hic integrum rerum ab ijs gestarum seriem referre, partim ne proxiores simus, partim quia diligens lector eandem muliò vberius clariusq; in doctissimi Baronij Annibus habere potest: tum ad varias multorum opiniones parum sincera fide, tum ad haereticorum argumenta resellenda. Subierunt martyrium Lucio Fonte Capitone, & Caio Iulio Ruffo Conf. anno à Christo Domino sexagesimo octavo, Neronis vero decimo tertio.

Erant Neronis temporibus Romæ Petrus & Iunij 29. Paulus doctores Christianorum, sublimes operibus, clari magisterio: qui virtute suorū Petrus & Paulus dooperum Imperatorem aduersum fecerant, captum ceti Romæ. Magi Simonis delinimentis, qui sibi animum eius conciliauerat. Cui adiumentum victoria subiectiones gentium, vitae longæuitatem, salutis custodi- Simon Magus. am feralibus arribus pollicebatur, atque ille credebat qui vim rerum nesciret examinare. Denique sumnum apud illum tenebat amicitia locū: quan-

Nnn^o 5 doqui-